

Privilegium Ducis Boleslai
super donatione Villa Luchowo
Ecclesia Plocensis per S. militem
Pincernam Ducalem.

163

Quoniam ea que geruntur in tempore
pro mutabilitate temporis variantur, nisi
fuerint scriptura testimonio vel voce te:
stium confirmata. Nos igitur Boleslaus
miseratione divina Dux Masovia no:
tum facimus presentibus et futuris, quod
accedens ad presentiam nostram, S. miles
Pincerna Curie majestatis nostre hu:
militer postulavit, ut Villam Luchowo
et est Ecclesia ibidem sita, quam et do:
natione patris nostri, et nostra fuerat
assequutus, ex nostro quoque beneplacito et
asensu Domino S. Episcopo Plocensi con:
ferre possemus pro suorum remedio patto:
rum, et quam opera misericordie, que
fiunt intuitu salutis eterne non solum
approbare, sed quantum in nobis est modis
debemus omnibus adjuvare donationem pre:
fati S. viri nobilis et honesti admisimus et
admittimus in presenti possessionem ejusdem
sygno Cyrothece una cum ipso in Dominu
Episcopum esse presentem, et omnes successo:
res ejus liberaliter transferemus. Ne igitur
huius facto processu temporis possit aliqua
calumpnia suboriri. Scripto nostro et appo:
sitione sigilli perpetuo idem communimus,
Actum

1277
in Poczka. Anno gratia. Millesimo Du:
centesimo Quadragesimo Septimo. Indi:
cione quinta. ~